

## DEDICATORIA.

gia, vel in Iurisprudencia aut Medicina traducant: Quis non ex animo deploret hostiles pugnas, acerbas digladiationes, & horribiles controuersias, quibus Theologia omnium scientiarum domina, à male feriatis hominib. quotidie dilaceratur?

Non de iis tantum loquimur, qui vere religioni iam dudum apertum bellum indixerunt, quales sunt inter alios, Mōachi illi Loiiolani, qui sanctissimo Seruatoris nostri nomine, ad suæ sectæ inscriptionem fœdissimè abutuntur; quorum tanta est impudentia, ut millies conuicti & refutati, eadem tamen sophismata itētidem repetere, & cramben multoties coctam & recoctam, quæ (ut in veteri pro- uerbio) mors est, denuò apponere non erubescant; sed dolendum est, eos, qui vno ore veritatem Euangelicam profitentur, ob scrupulos quosdam fundamentum religionis per se & propriè non tangentes, tam acerbè inter se confligere ac si plane diuersa

):( 3